



Politicorvm Libri Decem

Contzen, Adam

Colonia, [1621]

Cap. XVII. Aristocratiae definitio & consideratio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95437](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95437)

Tyrannidis
detestatio.

Si vlla res est orbi perniciofa, ſibi grauis, illa eſt tyrannidis: Tyrannorum ſtatus eſt laborioſus, rara lartitia, infelix exortus, miſerrimus exitus. Quorū enim quiſque ſuo fato functus eſt? Vere Iuuenalis Saryra 10.

*Ad generum Cereris ſine cade & vulnere pauci
Deſcendunt Reges, & ſicca morte tyranni.*

Omnis ty-
rannus in
metu eſt.

§. 13. Cauſa tyrannorum morte ſublatoꝝ, iniuſtitia, metus, contumelia, quas Ariſtoteles l. 5. polit. c. 5. recenſet.

Oculos per orbem vniuerſum circumfer, & ſpecta non minutos illos oppidorum tyrannicos, Alexandrum Pheraum, Dionyſium Siracuſanum, Phalarin Agrigentinum, Hannonem Pœnum, Elearchum Heraclienſem, Nabidem Chalcedonium, Hipparchum Athenienſem, Piſiſtratos, Perian-dros. Neque tyrannos poeticos; Diomedem Thracem, Phineum, Erycem, Antæum, Mezentium, Cyclopa, ſed magnos regum nomine tyrannos, Antigonos, Seleucos, Antiochos, Perdiccas, Lyſimachos, Caios, Neronos, Vitellios, Galbas, Othones, Domitianos, Commodos, Maximinos, Michaelēs, Phocas, Mauritiōs, Ariſtonicos, Inuenies omnes perpetuo in metu verſatos, omnes quos terruerunt, timuiſſe, metum in auctores rediſſe, pleroſque, quamuis muniti gladiis vixerint, exercitus & arces tutelæ ſuæ adhibuerint, ferro, aut ſœdiore nece petiſſe.

*Vidi cruentos carcere includi duces,
Et impotentis terga plebeia manu
Scindi tyranni.*

Tyrannus enim quemadmodum omnibus libertatem, omnibus quietem, ita ſibi præcipue ſecuritatem auferat. Qui enim pacare, ſecure, quiete viuere is poteſt, ob cuius calliditatem, violentiam, iniuſtitiam nemo ſecurus eſt? Cuius ſub ictu tremunt omnes? Quam meticuloſus Conſtantiuſ Auguſtus, poſtquam regnum paternum in tyrannidem verterat? Quicquid concepiſſet, ad ſalutis diſpendium eſſe exiſtimabat. Marcellin. l. 14.

Agnoscunt ipſi interdum ſua merita, ita Adonibezec (Iudic. 1. 7.) Septuaginta reges amputatis manuum ac pedum ſummitatibus, colligebant ſub menſa mea ciborum reliquias: ſicut feci, ita reddidit mihi Deus. Et Conſtantinopoli Mauritius, Inſus eſt Domine. Accedit & illud ad miſeriam tyrannorum, quod quocun- que modo cædantur, etiam per fraudem, & iniuriam, magna tamen in laude apud improbos ſint illi, qui hoc auſi ſunt, etiamſi per ſcelus, & contra iuriſiurandi religionem facinus patrari- nt: Hoc ſane ad cumulum miſeriarum pertinet, etſi iniuſta ſit cædes, multis ſit tamen grata. Cauſam reddit princeps Philoſophorum l. 2. polit. c. 7. Enimvero maximas iniurias propter immoderatas cupiditates homines inferunt, & non propter res neceſſarias: Verbi gratia, tyrannidem occupant, populūque impio dominatu opprimunt, non vt ne algeant, ſed vt ſuas libidines impune expleant. Idcirco magna premia propoſita ſunt, non ei, qui ſurem: ſed qui tyrannum occiderit. Nec alius ſenſus eſt nefariorum tyranni ſatellitum, & miniſtrorum. De Caligula audax factum ſenatoris narrat Dio. Interfecto Caio prætoriani milites conturbati, concurſantesque querebant, quis eum occidiſſet? Hos Valerius Aſiaticus vir conſularis præter opinionem ſedauit. Aſcendit enim in excelsū, atque oditum locum, atque inde vociferatus. Vitam, inquit, eum ego interfeciſſem. Quibus verbis obſtupefacti, tumultuari deſierunt. Prætoriani milites, & Prætoriani Cai- ni omnium ſcelerum focii, atque adminiſtri, libidinum, & rapinarum participes vnicā voce moti vindictam omittunt, & factio oſtendunt ſibi iure cæſum videri. Cum igitur tyranni quemadmodum

Tyrannici-
da iniuſtus
in laude eſt
apud popu-
lū.

Miniſtri ty-
rannorum
de eorum
nece gau-
dent.

leones, tigrides, vrſi, aquilæ, laniatu ac raptu uiuant, ideoque ſe norint omnium odiis eſſe obnoxios, omnium inſidiis ſe peti, ad inſtar beluarum loca prærupta, & ſpeluncas amantium, ipſi arces, caſtra, arma quibus tegantur, apparant, quantumque poſſunt, ſeſe recondunt. Deo pariter & hominibus exoſi. Ideo ille etiam qui eos per ſcelus occidit, apud iniuriam paſſos ſæpe gratus eſt.

CAPVT XVII. Ariſtocratia deſinitio, & conſidera- tio.

§. 1. ALTERA Reipublicæ ſpecies eſt, cum plures imperant. Ea bipertita, vel enim pauci, & optimates, vel totus populus eſt imperii particeps.

Ariſtocratiam dictis conuenienter definire licet, Tāν ἀριſτὴν τῶν ἀρίστων πρὸς τὸν ἀρχαῖον ſυμφερον. Optimorum regimen quod vtilitatem parentum ſpectat. Ariſtoteles l. 4. polit. c. 7. Simpliciter in hac gubernatione optimos poſcit. Ἀριſτοκρατίαν μὲν ἔν κατ'ὅς ἔχει καλὴν, καὶ ἡς διηλθόμεν ἐν τοῖς πρὸς τοῖς λόγοις, τὴν γὰρ ἐν τῶν ἀρίστων ἀπλοῶς, κατ' ἀρετὴν πολιτείαν, καὶ μὴ πρὸς ὑποθέσειν τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν, μόνην δίκαιον πρὸς ἀγαθὸν εἶναι ἀριſτοκρατίαν. ἐν μὲν γὰρ ἀπλοῶς ὁ ἀνὴρ καὶ πολὺς ἀγαθὸς ἐστίν. Ariſtocratiam igitur appellare liceat, (de qua prius egimus) Politiam que ſit ex viris ſim- pliciter, & ſecundum virtutem optimis, non qui ex hypotheſi, ſeu ad certum aliquem finem ſint boni. In hac enim ſola Republica idem eſt & vir ſim- pliciter bonus, & bonus ciuis.

Optimarū
Reſpub.

Difficilis ſane fuerit non eius definitionis explicatio, ſed vſus, ſi res humanas ſpectemus. Quis enim optimos ſolos agnoſcet, quis ad magiſtratus euehet? Cato repulſam tulit. Ariſteides oſtraciſmo pulſus eſt. Aeiſoi igitur huiuſcemodi potius nulli, quam multi imperant. Occurrit tamen Philoſophus l. 3. c. 7. Ἀριſτοκρατίαν δὲ λέγει, διὰ τὸ τῶν ἀρίστων ἀρχεῖν, ἢ διὰ τὸ πρὸς τὸν ἀρίστον τῇ πόλει, καὶ τοῖς κοινω- νουμένοις αὐτῆς. Vocari ariſtocratiam ſeu regimen optimatum, vel quod optimi imperent, vel quod omnia ad id, quod ciuitati, illiusque municipibus optimum eſt, referant. Po- teſt tamen & hoc aliis conuenire formis, nam in regno, & populari regimine optimum quaritur. Et poteſt hoc ſibi propoſitum habere vir non optimus, nec tamen iniuſtus.

Optimorū
electio.

§. 2. Optimos igitur dicemus, qui aliorum com- paratione minus mali ſunt, aut in quibus plura quam in plebe virtutum argumenta reperiuntur. Cum vero electio virorum ſim- pliciter optimorum ſit difficilis: nam facili- per ſimulationem probitatis nequiſſimus quiſque gubernaculis adre- pit, & male tecta vitia, in poteſtate cum exitio Rei- publicæ manifeſtat, non eſt vt vitioſa reprehendenda adminiſtratio, ſi nobiles, diuitesque fre- quenter præteritis è plebe melioribus, & pruden- tioribus magiſtratus capeſſant. Nam quam diu ratio boni communis habetur, manet legitima Rei- publicæ forma. Nobiliū vero & diuitium ratio habenda eſt. Nam genere, inſtitutione, indole, po- tentia præualent, maior igitur illis animus ad ho- ſtes arcendos, acior ad patriam defendendam ſti- mulus in qua fortunata, & honores habent, qui in publico periculo priuatim perdere plus timent, ne- que enim oppreſſa vel exciſa patria alibi tam eſſe poſſunt honorati. Pauperum alia eſt ratio, neque enim qui labore ſuo, & induſtria victitant, multum ſe patriæ debere arbitrantur, & facile patriam aliam reperiunt, vbi labori & arti alimenta præſentur. Cum igitur amantiores patriæ ſint nobiles, fortio-

Optimi mi-
nus mali.

Nobiles &
diuites ſæpe
habentur
optimi.

res, fideiores, eorumque interfit Reipublicæ statum manere, merito optimates illi censentur, ut plurimum, qui his præstant.

Aristocratiæ pauca.

Carthaginiensis & Veneta optimatum Respub.

§. 3. Reipublicæ Aristocraticæ pauca fuere, nec diuturnæ. Spartana optimatum fuit, sed tamen ita permixta cum regia, & populari, ut nullo modo pura fuerit Aristocratiæ, Carthaginiensis, diuturnitatem, potentiamque coniunxit; rarum opus; & quod nulla hæcenus imitari, nisi Veneta, potuit, nec illa tamen pura Aristocratica est: Sed potius ex omnibus formis Harmonia; Principatus potestas in vno duce, principe senatus, Grande consilium seu senatus, ex nobilitate constat; ad hoc omnes nobiles cum annum vicissimum quintum attingerunt, admittuntur, ad varia tamen iudicia, & officia plebes quoque assumitur.

Ciuitates liberas Germaniæ Noribergam, Vlmam, Francofurtum quæ à patricia nobilitate gubernantur, omitto, quia non sunt absoluta Reipublicæ, sed partes Romani imperii, atque Imperatori parent.

Aristocratiæ Romæ exiguo tempore.

Romana Aristocratiæ exiguo tempore durauit, à Tarquinis pulsus ad mortuos; nam sublato regum metu in oligarchiam degenerauit, accensâ deinde patrum iniuriis plebes, tribunos variis seditionibus, magistratibusque, & imperium extorsit.

Ad Aristocratiæ defendendam, multa necessaria sunt; quia plurimæ sunt causæ cur pereat. Ideoque non facile diuturna.

Optimates sint optimi.

§. 4. Primum igitur conandum est, & enitendum summa vi optimatibus, ut vere, ac reipsa sint optimi, optimi; virtuti enim numen æternum fauet, camque promouet, nec à melioribus homines regi dedignantur, atque hoc fundamentum est, sine quo ceteræ politicorum artes non nisi ruinam struunt. Iure igitur, æquitate, clementia, comitate, liberalitate, erga ciues vtantur, inter se, concordibus sententiis, bonum publicum spectent. Quia tamen in Republica multi sunt semper improbi, ambitiosi, iniqui, omnesque procliuës sunt, ut imperantibus obtrecent, virtus quoque consiliis politicis vititur, & stratagemate non inhonesto, submouet à clauo imperitios, & perniciosos rectores, quod tamen ita faciendum moneo, ut virtutis prima ratio ducatur, & simulatio omnis tanquam labe, & pestis remoueatur. Aberrant enim multi eorum, qui optimatum Reipublicam instituire satagunt, non modo in eo quod nimium tribuant opulentis, sed etiam in opprimenda, & diuexanda plebe; temporis autem successu, ut ex bonis falsis verum malum oriatur necesse est; nam diuitum opes, & prærogatiuæ, Reipublicam facilius dissoluant, quam plebis, ut vere monet Aristoteles l. 1. polit. c. 12. Consilia igitur bona seruandæ Aristocratiæ sunt ex virtute protecta, & ad commune bonum tendentia.

Populo etiâ committi aliqua munia possunt.

§. 5. Alterum est, ut multis à populo pars aliqua magistratuum, officiorum & functionum honoratarum committatur, quæ tamen eiusmodi sint, ut vel sumptu grauent eos, qui sustinent, quem tamen facile diuites præstent, honoris dulcedine inescati, vel inuidiæ quippiam habeant; deinde nihil potentia, aut fauoris apud populum concilient. Multa sunt etiam quorum administratio dignitatem non habet, sed lucrum, ea ciuibz indutris, & sibi obligatis demandari conuenit, neque enim quicquam periculosius est, quam paucos ad se omnia attrahere. Præclarum est Philophrici politici monitum l. 3. polit. c. 11. Nullos autem eis mandare magistratus, neque eos ullius esse participes, horribile ac formidulosum est. Cum enim multi honoris expertes & pauperes sunt, plena hostium sit ciuitas necesse est. Reliquum est igitur ut consultandi & iudicandi sint participes. Quocirca &

Solon, & nonnulli alij latores legum, eos comitiis magistratum creandorum, & rationibus ab iis qui gesserunt magistratus repetendis præficiunt. gerere autem magistratum per se, & solos, non sinunt. Omnes enim collecti & congregati satis multum sensum habent, & permixti cum melioribus, profunt ciuitatibus, quemadmodum victus non purus cum puro coniunctus, omnem efficit vtiliorem paucis. vnusquisque enim seorsum in iudicando imperfectus, & mancus est.

Hinc enim illa commoda consequuntur, primo, ut populus non existimet esse Aristocratiæ, sed popularem rempublicam, cum contibules suos participes Reipublicæ vident. Deinde multisque alij optimatibus fauent, illisque fidi sunt, ut a quibus & ipsi expectant paria. Huiusmodi sunt, Cura annonæ, vini, frumenti, tabernarum, viarum, iudiciorum, & litium priuatarum, in quibus collegæ esse optimatum possunt. Videre licet exemplum in Republica Veneta. Quamuis enim tota auctoritas, & potestas, hoc est, censendi, & iubendi ius est penes senatum, hoc est duo milia quingentos circiter nobiles, ad multas tamen functiones, & honores, etiam plebeios admittunt, ut quarundam artium præfecturas, scribarum, & secretariorum munera, quorum tamen officiorum illa est ratio, & per illa nobilitati magis magisque obligentur, & quasi mancipentur.

Nec hoc Venetorum nouum est institutum, uti sunt olim Romani, Carthaginenses, & nunc quoque id faciunt, quæ sub Imperii aquila domesticam Aristocratiæ tuerentur, liberæ ciuitates.

Annonæ cura populum continet.

§. 6. Tertium est, ut annonæ prospiciatur. Hoc enim arctissimum est, quo multitudo continetur, vinculum. Romanos mores non probo, nam dum è publico panem multitudini præbebant, ararium exhauserunt, & inutilem, vitiosissimamque turbam aluerunt, sed moderatam curam suadeo. Senatus Venetus magnam in singulis annos pecuniam impendit, ut quæ ad victum necessaria sunt, & copiose inuehantur, & vili pretio comparentur. Nulla pene res magis imperium stabilis; nam cum eos populus, qui commodis fere ducitur, tam paterne consulere ciuitati animaduertit, filiorum more eos veneratur ac amat. Quin & hoc iustitiæ est vel maxime consentaneum. Cum enim optimates, ad summos honores euehantur, & maxima habeant ex magistratibus emolumenta, æquum est ex bonis publicis aliqua etiam ad ciues tenues, populumque summi honoris exortem deriuari.

Superbia Reip. pernicios.

§. 7. Cauenda inolitum nobilitatis malum, superbia: Nihil enim magis exasperat inter pares, aut pene pares. Cauenda in filiis etiam, & nepotulis, ne contubernales & ciues contemnere assuecant. Romæ nobilitati consulum excussit mulierculæ risus: duæ sorores erant, altera patritio, altera plebeo nupta, hæc illam inuiserat, dum vero maritus Consul domum redit, lictorque de more ostium fascibus pulsar, ad insolitum strepitum, illa quæ in plebeo matrimonio erat, expauescit, atque à sorore, cum ignobilis coniugii exprobratione, videtur: Nec mora, maritum ad sperandos, ambientesque magistratus, vxor impellit, ille ciues suos, atque ita Aristocratiæ iam inclinans in Democratiæ conueria est. Hoc nisi cauetur, sit seruorum & dominorum ciuitas, non liberorum: & hominum fecit. partim inuidientium, partim contemnentium, quæ ab amicitia & societate, communionemque ciuili distat plurimum; Societas enim est communio ad amicitiam pertinens. Neque enim cum inimicis societatem itineris inire volumus.

Exigua res summam Romæ mutationem facit.

§. 8. Plurimum etiam momenti habet liberalitas, quæ est priuatorum, ut tenuioribus vium rerum suarum

Liberalitas optimatum suarum

probanda est.

Tarentinorum humanitas.

Bello ditiandi.

Politicum stratagemata.

Aliæ leges ancipites.

In periculo optimi in magistratum assumantur.

suarum concedant. Præclarum vero est, etiam Tarentinorum consilia imitari. Illi enim iumentis, & possessionibus cum egentibus ad usum communicatis, multitudinis sibi benevolentiam comparabant. Ventur itaque nobiles civium industriorum opera in villis, agrisque & ceteris rebus curandis, eosque liberali, & honesto stipendio prosequuntur, mentæ adhibebunt, qua ratione si singuli optimates utantur, magnam civitatis partem sibi obstrictam rei familiaris communicatione tenebunt.

§. 9. Si potens sit respublica, si bellum gerat, si variis provinciis imperet, magna occasio est beneficiendi in magna fortuna, ditare etenim plurimos poterunt, ita fecisse Carthageneses testis est Aristoteles l. 6. polit. c. 5. cuius verba sunt: Tali autem quodam modo Carthageneses rempublicam administrantes populi erga se benevolentiam collegerunt. Semper enim cum aliquos de plebe ad vrbes circumpositas dimittunt, eos locupletant. Est autem hoc quoque humanitate politorum & venustorum, & cordatorum nobilium, egentibus inter se distributis suppeditare eis adiumenta rei faciendæ, eosque ad opus faciendum cohortari & excitare.

Nec aliud Romanorum iudicium, qui Colonis sentinam vrbs, & exercitus exhauriebant.

§. 10. Alud consilium tanquam callidum nobis Philosophus proponit. Nempe si tribus diuersæ sint, & ex illis ius dicendæ sententiæ in concilio facultatem aliqui habeant, æquitas in speciem feruetur, vti nobiles, diuites adesse cogantur, aut pignus capiatur, excusatio non accipitur, deinde rogatos, sententiam suam, atque animi sensû exponere necesse sit, ceteri nec conuenire, nec si adfint dicere sententiam cogantur, nec excusatio, nec multa exigatur.

Consequuntur illo stratagemate, ut ciues se meliore conditione esse arbitrentur, quam nobiles; quia ius veniendi, decernendique par habent, obligationem veniendi nequaquam habent. Itaque suis rebus vacare pro arbitrio possunt; & si venire libuerit, in te inuidiosa, aut odiosa tacere, in aliis dicere sententiam liberum est: In speciem igitur ea lege subleuari pauperes, grauati diuites videntur. Sed reuera arte res agitur, id enim quaritur, ut nobiles frequentes conueniant, in republica exerceantur, plebs per speciem priuilegii excludatur. Solent vero frequentissime senatum conuocare, tempus extrahere dicendo, de minimis rebus consulere, donec tædio, & contemptu ciues sese sistere desinant, ac tum per occasionem de summa republica tractare. Hoc si in fraudem Reipublicæ faciant, iam non optimates, sed oligarchi, & in sua politica tyranni dicendi sunt. Si illa consilia eo dirigantur, ne homines imperiti, turbulenti, & improbi suffragio suo leges violent, Rempublicam in discrimen adducant, sine iniuria illa statuantur. Legis enim illius hoc ius est: Ut sapiens atque integer senator consilio iuare patriam iubeatur, imperitus & improbus lege iudicandi solutus sit.

Eodem cætera spectant. Ut, Nobilis, aut Diues magistratum ne recusant, aut multam grandem pendunt, plebeo ciuitate omnem magistratum liberum esto.

Nobilis iudicare causas coguntur, ciues non nisi volentes, lubentes assumuntur.

Nobiles arma gestant, in illis exercentur, in hoste primi cuncto, ciues alii domus suæ curam habent.

Non sunt hæc iniqua, si legitimum finem habeant; nam pauperes labore, onere, inuidia liberantur, non tamen arcentur magistratu, iudiciis, militia.

§. 11. Stratagemata par est, ut vbi Aristocratia plebs insidiatur, atque aliquos è suis interfieri nobilitati desiderat; id agant optimates, ut optimi quique, & gratissimi ex nobilitate sint competitores,

res, è plebe autem contemptiores, sicut enim reuerentur magnatum dignitatem, & aliorum in comparatione vilitatem contemnent, atque insuper patribus inuidebunt.

Factum id Romæ; Tribuni militares consulari potestate creabantur, ad eum magistratum tam plebeis, quam patribus patebat aditus. Patritii ut verecundiam plebi incuterent, primos atque eminentissimos patrum candidatos producebant, ita sæpe euicerunt, ut nullus à plebe plebeius designaretur. Verum non est hoc firmum; nam sæpe dignitas optimatum odia, & inuidiam excitat, sola sua luce oculos malignos perstringens. Romæ etenim quamuis initio patritius plebs crearet magistratus, contenta quod sui ratio esset habita, sensum tamen audacior è suo corpore aliquos admiscuit, aliquando omnes è suo genere legit, frequenter etiam homines audaces, callidos, & quos patritiis maxime aduersarios sperabat, suo suffragio adiunxit. Magnam tamen vim habet ad securitatem, & auctoritatem optimatum, si constet alios non esse aptiores, fore alios homines, non alios mores. Insigne est quod decad. 3. l. 3. narrat Lilius de Pacuio Calauio. Is cum eo

Insigne stratagemata Pacuuij.

forte anno, quo res male gesta ad Thrasymenum est, in summo magistratu esset: Iam diu infestam senatui plebem, ratus per occasionem nouandi res magnam ausuram facinus, ut si in ea loca Annibal cum victore exercitu venisset, truncato senatu traderet Capuam Penis, improbus homo, sed non ad extremum perditus, cum mallet incolam quam euerfa Repub. dominari, nullam autem incolumem esse orbatam publico consilio ciuitatem crederet, rationem inye, qua & senatum seruaret, & obnoxium sibi, ac plebi faceret. Vocato senatu, cum sibi defectionis ab Romanis consilium placitum nullo modo, nisi necessarium fuisset, precatum esset: quippe qui liberos ex Appij Claudij filia haberet, filiamque Roma nuptum Lilio dedisset: ceterum maiorem multorum, magisque timendam instare, nunc enim per defectionem ad tollendum ex ciuitate senatum plebem spectare: ac per eadem senatus vacuum rempubl. tradere Annibali ac Peni velle. eo se periculo posse liberare eos, si se permittant sibi, & certaminum in Republ. oblitum credant. Cum omnes victi metu permitterent: Claudam in curiam vos, inquit, & tanquam & ipse cogitati facinoris particeps, approbando consilia, quib. nequicquam aduersarer, viam salutis vestra inueniam, in hoc fidem, quam vultis ipsi, accipite. Fide data egressus, claudi curiam iuber, presidiumque in vestibulo reliquit, ne quis adire curiam iniussu suo, neue inde egredi posset. Tunc vocato ad concionem populo: Quod sæpe, inquit, optastis Campani, ut supplicij sumendi vobis ex improbo ac detestabili senatu potestas esset, eam nunc non per tumultum expugnantes domos singulorum, quas presidio clientium seniorumque tueretur, cum summo vestro periculo, sed tutam habetis, ac liberam. Clausos omnes in curiam accipite, solos, inermes: nec quicquam raptim aut forte temere egeritis, de singulorum capite vobis ius sententiæ dicendæ faciam, ut quas quisque meritis est penas pendat, sed ante omnia ira vos iram indulgere oportet, ut potior ira salutem atque vilitatem vestram habeatis. Etenim hos (ut opinor) odistis senatores, nam senatum omnino non habere non vultis: quippe aut Rex, quod abominandum: aut quod vnum libera ciuitatis consilium est, senatus habendus est. Itaque due res simul agenda sunt vobis, ut & veterem senatum tollatis, & nouum cooptetis. Citari singulos senatores iubeo: de quorum capite vos consulam: quod de quoque consueritis, fier. Sed prius in eius locum, virum fortem ac strenuum nouum senatorem cooprabitis, quam de noxio supplicium sumatur. Inde confedit, & nominibus in vnam connectis, citari quod primum sorte nomen excedit, ipsumque è curia produci iussit. Vbi auditum est nomen, malum & improbum pro se quisque clamare, & supplicio dignum. Tum Pacuuius: video quæ sententia de hoc sit data: eicitur pro malo atque improbo, bonum senatorem, & iustum eligit, primo silentium erat, inopia potioris subiiciendi: deinde cum aliquis omnia verecundia

cuncta quæpiam nominasset, multo maior extemplo clamor oriebatur: cum alij negarent nosse, alij nunc probra, nunc humilitatem, sordidamque inopiam, pudende artis aut quasi genus obijcerent. Hoc multo magis in secundo ac tertio senatore est factum, ut ipsius ponere homines apparet: quem autem in eius substituerent locum, deesse, quia nec eisdem nominari attinebat, nihil aliud quam ad audienda probra nominatos: & multo humiliores obscurioresque ceteri erant eis, qui primi memorie occurrerant. Ita dilabij homines, notissimum quodque malum maxime tolerabile dicentes esse, iubentesque senatum ex custodia dimitti.

Sapienter sane Pacutius homo aliquot improbus, plurimi enim magistratum in ordinem redegerunt, paucissimi rempublicam emendarunt, hic civibus senatum approbavit, eumque modestiorem fecit.

Patronorum
& clientum
necessitudo.

§. 12. Septimum est, Patronorum clientiumque iura mutua, & tanta necessitudo, ut sexcentorum annorum spacio dissensiones inter patricios, & plebem ad sanguinem vix deuenierint: sed postquam illa quoque vincula sublata sunt, & fraus innexa clienti, cadibus Republica mutuis interit, & ad unum tyrannum delata est. Necdum ea apud Venetos consuetudo exoleuit, manet etiamnum in Germania Protectorum nominis, & ius antiquum, quod fuit apud veteres, quo multa provincie in potentium familiarum clientela esse dicebantur.

In Germania:
Schutz,
herren.

Ordinata
diversitas
Aristocratiæ
inuenitur.

§. 13. Consulitum est, varios ordines constitutere, & discrimina civium, ea tamen moderatione, ne cuiquam iniuria inferatur. Ita erat

Martia Roma triplex equitatu, plebe, senatu.

Facit illa multitudo, & diversitas ne facile conspiraretur, idque in omni Reipublicæ forma, præcipue tamen in Aristocratiâ. Nam mediocris seu equitatus vehementer optat senatus auctoritatem, saram rectam conservari, si enim senatum plebs è medio tollat, aut nullius in ministerium eat, omnis etiam equestris ordinis dignitas pessum dabitur, nec plebs tam insurgeret in senatum facile, à quo longo intervallo distat, quem equitum turmis vallatum cernit. Sed neque equestrem ordinem timere optimates debent, si enim ille quippiam molitur, non difficile fuerit cum aduocata in auxilium plebe coercere. Fateor tamen ordinem illam diversitatem multarum litium, seditionumque esse seminarium, verum hoc ex gubernantium erroribus nascitur, dum ius inæqualiter dicitur, dum alter suppressitur, alter cum detrimento aliorum extollitur. Atque hæc fere in Aristocratiâ feruunt, in qua hoc præcipue seruandum est, ut sic pauci imperent, ne plures statum civitatis oderint, & detestentur. Brevis enim est potestas, quæ multos inuitos violentè continet, omnis itaque aristocratiâ brevis est, ubi tamen illa est, alios duos ordines esse, quam vnicum præstat.

C A P V T XVIII.

De Oligarchia, quæ est ex corrupta Aristocratiâ.

Oligarchia §. 1. OLIGARCHIAM interdum pro Aristocratiâ usurpat, sed proprie & pressè ab Aristotele definitur: Ἀρχὴ ὡς τὸ συμπλέγειν τὸ ἐν αὐτῇ. Imperium ad diuitum utilitatem institutum. l. 3. c. 7. & 8. ὅταν ἕλκωσι οἱ τῆς πολιτείας οἱ τὰς εὐχάστας ἔχοντες. Cum in Republica dominantur, qui rem possident. Rectius forte, ἐν ποσειδωνία, seu πολιτοκρατία nominaretur, cum diuitum utilitatibus consulatur, non totius Reipublicæ. Fieri certe potest ut in Republica aliqua plures diuites sint, quam mediocres, aut pauperes, ut Colophone fuisse ante

bellum Lydorum testis est Aristoteles; Si igitur plures alibi sint diuites, quam pauperes, nihilominus dicitur oligarchia paucorum dominatus, quia est paucorum non sit, cum tamen institutus est, primum fuit paucorum, & nunc quoque in omni Republica diuitum numerus exiguus, mediocrium, & tenuium maximus.

§. 2. Cum ex corporum proceritate aut forma, ut olim apud Æthiopes, magistratus creantur, non est oligarchia, quia tam mediocrium, & tenuium, quam diuitum dona illa esse possunt. Nomen tamen illi conuenit, necesse est enim paucorum esse potestatem; nam dignitate corporum paucissimi excellunt. Hi vero si commune bonum spectent Aristocratiâ, si vnius partis tantum, oligarchia dicitur. Quanquam ergo si soli diuites imperent, sit dicenda ἀρχὴ τῶν ἐνδοξῶν, Imperium diuitum, potest tamen etiam esse ἀριστοκρατία, si non imperent ad utilitatem diuitum, sed vniuersorum. Prudentissime hoc Plato animaduertit. ὅταν δὲ ἐξ ἐπὶ ἀλλοτρίων τῶν τῆς πολιτείας, ὅταν δὲ τῶν νόμων μὴ φρονήσας, ὁλιγαρχίαν. Quando igitur diuites illam imitantur, tunc ἀριστοκρατίαν vocamus illam Rempublicam, quando autem negliguntur leges, oligarchiam. Leges autem negliguntur, cum ad sua commoda cupiditateque diuites omnia referunt.

Non est igitur iniustus paucorum dominatus, & diuitum, si scopum teneat, qui est omnium salus; nam æquum est eum, qui pro Republica decem aureorum millia expendit, præferri alteri, qui decem duntaxat in commune confert. Nec tamen ille qui patriæ tantum præstat, commodis tenuioris cuius obitare debet.

§. 3. Quatuor genera oligarchiæ Aristoteles (libro 4. cap. 5. politicorum) agnoscit. Primum est cum ex censu legitur magistratus, ut pauperes excludantur. Romæ senatus censu legebatur, si haberet sestertium octingenta millia, perire quidem sic vitæ præcia, sed tamen augustissimi ordinis splendorem etiam domesticis facultatibus augendum putabant. Itaque etiam censu imminuto, & senator & eques dignitatem amittebat.

Secundum genus est, cum ex censu eliguntur nonnulli, sed illi alios sibi allegant, siue ex censu, siue ex optimis, siue ex omnibus.

Tertium cum patris filius succedit, ut fere fit apud Venetos, ubi nobiles omnes qui 25. annorum sunt habent ius veniendi in Senatum. Veruntamen in his non est vitiosa oligarchia, si bonum publicum spectetur, sed vel Aristocratiâ, vel Politia, quemadmodum enim in regno vnus succedere vni potest, nec tamen tyrannidis notam subibit, ita in Aristocratiâ plures pluribus, seruata optimæ gubernationis integritate.

Quartum itaque est genus oligarchiæ vitiosæ, cum lege non agitur, sed regentium placitis, & ad potentium commoda omnia administrantur, quod regiminis genus perniciosissimum est; quia pro vno tyranno plures, eoque crudeles, & egentes habet tyrannicos. Hæc gubernatio ut improba est, ita diuturna esse nequaquam potest, cum maxima pars Reipublicæ miniam oderit, & perisse expetat. Neque fugienda est tantummodo iniuria, sed etiam iniuriæ suspicio. Alioqui contra eos dux esse quilibet potest, quantumvis inuicidus, neque in eorum euersione quicquam difficilius est, quam prima vox. Initio superioris sæculi multæ ciuitates imperii in magistratum suum insurrexerunt, cædes & direptiones factæ sunt. Perinde autem est, verene an falso de Senatu suspicentur.

Recens est tumultus Francofurtensis recordatio, cuius

Oligarchia
cum ex
su legitur
Senator.

Oligarchia
brevis est.